

DOCUMENTA

GIUSEPPE ORLANDI

LE RELAZIONI « AD LIMINA » DELLA DIOCESI DI SANT'AGATA DEI GOTI NEL SECOLO XVIII

Concludiamo la pubblicazione delle relazioni *ad Limina* della diocesi di Sant'Agata dei Goti (cfr *Spic. hist.*, 17[1969]1, pp. 3-82; 17[1969]2, pp. 189-214) presentando quelle inviate alla S. Sede dai successori di S. Alfonso.

PARTE III

I. ONOFRIO ROSSI (1775-1784)

Onofrio Bernardo Rossi nacque ad Aversa il 20 agosto 1717 da Antonio e Rosa Caserta. Ordinato sacerdote il 17 dic. 1740, il 6 marzo 1744 ottenne il « grado » di dottore *in utroque* dal Collegio dei Protonotari Apostolici. Fu canonico della cattedrale di Aversa, vicario apostolico di Acerra e vicario generale di Caserta, Cava dei Tirreni e Salerno. Eletto alla sede di Fondi il 26 sett. 1757, fu consacrato a Roma dal card. Paolucci il 2 ottobre. Traslato alla sede di Ischia il 9 aprile 1764, passò quindi a quella di Sant'Agata dei Goti il 17 luglio 1775, ottenendo il regio *exequatur* soltanto il 2 giugno 1779. Prese possesso l'11 luglio, stabilendo la residenza ad Arienzo. Durante i cinque anni del suo episcopato effettivo si recò nella città di Sant'Agata solo per poche ore. Non sembra che il suo governo meriti particolare menzione. La stessa relazione che presentiamo, l'unica che il Rossi trasmise alla S. Sede, ricalca la prima relazione (1765) del predecessore, ed è quindi di scarsissimo interesse storico. Inoltre venne redatta con deplorabile negligenza, come attestano i molti errori di lingua, che in parte abbiamo corretto per non mettere a dura prova la pazienza del lettore.

Mgr Rossi morì a Napoli il 2 nov. 1784 e fu sepolto nella chiesa dello Spirito Santo di quella città. Da allora la diocesi rimase vacante per otto anni, a causa dei contrasti tra la corte di Roma e quella di Napoli. *Hier. cath.*, VI, pp. 69, 221, 246; [F. VIPARELLI] *Memorie storiche della città di S. Agata de' Goti*, Napoli 1841, p. 106; R. TELLERIA, *San Alfonso de Ligorio*, II, Madrid 1951, pp. 516-517, 721.

26-27. Trienni 64° (1774-1777) e 65° (1777-1780).

Non ci è pervenuta nessuna relazione di questi trienni.

28. *Triennio 66° (1780-1783).*

Mgr Rossi, che aveva ottenuto proroghe per la visita *ad Limina* il 20 giugno e il 20 dic. 1781 e il 20 giugno 1782, il 28 giugno 1782 nominò suo procuratore D. Giovanni Battista Passanisi. Questi compì la visita alle basiliche degli Apostoli il 4 luglio 1782. L'attestato (« Tam pro elapsis, quam pro currenti 66° triennio ») fu rilasciato dalla S. Congregazione il 6 luglio 1782. S.C.C.V., ff. 464, 490-493.

Sant'Agata dei Goti, 21 giugno 1782.

S.C.C.V., ff. 467-474'.

1782

||467|| Etsi maximopere exoptarem, completo jam circulo triennali, praesens Romae adesse ibique personaliter visitationem Sacrorum Liminum adimplere, nihilominus ob varias causas, praesertim invaletudinis contractae pro laboribus exantlatis ecclesiae Agathensis pene derelictae ob diuturnum gubernium capitulare, gravescente etiam aetate, Eminentissimis Vestris per nuntium fidelem hujusmodi ecclesiae statum ea qua humillima decet devotione sum necessitate coactus remittere.

Status ecclesiae materialis.

Civitatem Agathensem sitam super planitie rupis, montibus circumdatam, praeruptos ab utroque latere torrentes habentem, non ignobilem ab incolis Gothis avito tempore adeo refugii nomen habuisse fertur, ipsamque neapolitanae subjacere ditioni ac utili dominio ducis Magdalunentium intra provinciam Principatus Ultra, locum pene in medio dioecesis habere prospicitur.

Inter insignes sacras reliquias decenter in suis respective argenteis thecis collocatas quibus ditata est cathedralis ecclesia, numerantur digitus medius Sanctae Agathae virginis et martyris, particula ex ossibus Sancti Stephani protomartyris, praeci||467'|| puorum patronorum et titularium, major autem corporis pars Sancti Mennae una cum integro brachio extat, et venerantur uti tutelares praedictae civitatis. Eadem cathedralis veneratur sub titulo Beatae Mariae Virginis in Coelum Assumptae, et consecratione decorata fuit anno 1763, subjacetque juri metropolitico beneventano. Ipsamet praelaudata ecclesia tenet medium civitatis situm aptiorem, eleganter et affabre a praedecessoribus constructa in tres naves magnifice distributas praeter interiores cappellas symmetrico ordine dis-

positas, cum suis altaribus, partim ex marmore perpolito, et partim ex opere plastico inibi excitatis. Tectum praefatae ecclesiae fuit nuperrime refectum ex redditibus meae mensae, neque alia indiget reactivatione, uti etiam sufficienti sacra suppellectile remanet provisa ex fructibus meis.

Adjacens episcopium reperitur eidem cathedrali ecclesiae non indecorum, neque ulla indiget reparatione.

Quoad congruam episcopi subventionem non est cur aliis invidet; onera vero, praesertim de novo adjecta et quae in dies crescunt, non paucum gravant, inter quae summa annuorum ducatorum octingentorum semestratim solvendorum causa pensionis meo antecessori debitae (1112), praeter onus reparandi cathedralem illamque manutenendi ac sacristiam de sufficienti sacra suppellectile providendi (1113). Etsi praefata cathedralis quam sacristia nullis gaudeant particularibus redditibus in tale opus erogandis.

Praeter civitatem, altera oppida et tresdecim castra dioecesim componunt: unum vocatum Argentium in Campanea Felici situm; sequitur Arpadium cum suis casalibus et cum ejus pago ex Furcis Caudinis nuncupato Forchia; alterum est Ayrola, paucis ab hinc annis titulo civitatis illustrata, suosque habet pagos, Modianum nempe, Lutianum, Buccianum et Pastoranum; quartum oppidum nominatur Fraxium; alterum Vallis; et tandem Duratianum, cum adjunctis pagis Cervini et Furcularum. Suntque tria castra: alterorum primum, nempe Balneolum, secundum Ducenta, tertium Cancellum ||468|| prope praedictum oppidum Argentii, unumquodque proprium curatum archipresbyterum retinet, cui respectiva animarum cura est demandata rusticorum et villicorum inibi cum suis familiis commorantium, excepto vero castro Cancelli, ut suo loco dicetur. Inter descripta tria castra primum occupat locum Balneolum, cujus utilis dominus et baro est episcopus, a quo annuatim deputatur gubernator laicus pro exercitio jurisdictionis civilis et mixtae, in reliquis vero respicientibus poenam sanguinis procedit dux Magdalunentium.

(1112) Al momento dell'elezione di Mgr Rossi venne riservata al predecessore una pensione di 800 ducati annui (*Proc. Cons.*, vol. 167, ff. 11-19). Il governo napoletano non solo non si oppose a questa determinazione, ma vi aggiunse altri 100 ducati, che però S. Alfonso non volle accettare. *Lettere* II, p. 361. Le difficoltà incontrate dal santo per la riscossione di quanto gli era dovuto sono documentate dalle *Lettere* II, pp. 357, 360-362, 382-384, 425.

(1113) Oltre alla pensione in favore del predecessore, Mgr Rossi *in limite acceptationis* della sede di Sant'Agata si era obbligato a restaurare il palazzo vescovile e ad istituire la penitenzieria. *Hier. cath.* VI, p. 69.

Status ecclesiarum et locorum piorum.

Capitulum ecclesiae cathedralis ex triginta uno capitularibus componitur rochetto et cappa magna decoratis, ex quibus quinque extant dignitates, nempe archidiaconus, decanus, duo primicerii et thesaurarius; coeteri vero canonici, paucis tantum exceptis, praebendas habent a massa communi separatas. Inservire debent choro, alternatis tamen hebdomadis, omnesque insimul diebus dominicis et festis et adventus et quadragesimae temporibus, et de praefata communi massa praesentes luquantur, absentes vero punctuantur. Vigetque laudabilis consuetudo ut omnes capitulares sint praesbyteri. Poenitentiarum munus exercetur a decano, cui dignitati est adnexa poenitentiarum, idemque praesto esse debet ad sacramentales confessiones audiendas pro opportunitate fidelium, juxta sacerdotum canonum praescriptum. Adest pariter canonicus theologus, qui stans temporibus et diebus, juxta episcopi dispositiones, Sacrae Scripturae lectiones persolvit.

Praefatis canonicis accedunt quatuordecim cappellani chorales, qui etiam alternative in hebdomada insimul cum canonicis choro et ecclesiae inserviunt. Quotidie a capitularibus fit satis oneri missae pro benefactoribus. Demum servitio ejusdem cathedralis addicti reperiuntur sacrista et quatuor clerici, qui quinquaginta expleant inservientium numerum.

Praeter cathedralem ecclesiam adsunt duae vicariae perpetuae in civitate, quibus praesunt respectivi vicarii cum cura animarum quo ad designatos limites, quorum unus est proprius ipsius cathedralis, in qua sacramenta administrat caeteraque munia ad curam animarum pertinentia explet, cum separatam ecclesiam non habeat; convenitque alter in eadem cathedrali ad sacramenta et sacramentalia exercenda, nec non ad excipiendas sacramentales confessiones. Adest ecclesia sub titulo Sanctae Mariae de Monte Carmelo intra moenia dictae civitatis existens, tantummodo pro sacrificio missae diebus dominicis et festis necnon evangelii explanatione. Praefatae duae vicariae perpetuae in vacatione conferuntur praevia nominatione, uti ex actis existentibus in hoc episcopali archivo.

In uno ex casalibus dictae civitatis, duobus fere miliaribus ab eadem procul, extabat tantummodo vicaria perpetua Sancti Thomae Aquinatis in montano loco exstructa, quaeque maximam curae extensionem continebat, intra hujus limites varios dissitos hinc inde pagos complectens; ex quo non sine maximo incommodo poterant parochiani eandem adire ad divinum verbum audiendum

ac sacramenta percipienda, multo minus senes nec non puellas et rudes ad se reddendos in rudimentis fidei instructos, nec vicarius curatus praesto esse necessitati animarum parochianorum quibus occurrere debebat. Idcirco meus antecessor clarae memoriae episcopus Gaeta duas alias vicarias perpetuas ad mentem Sacri Concilii Tridentini in locis aptioribus intra fines dictae vicariae Sancti Thomae erexit cum unione aliquorum beneficiorum simplicium, unum sub titulo Sancti Petri a Romagnano, alterum vero Sancti Michaelis Archangeli. Hinc praefatis ecclesiis deputati reperiuntur vicarii curati, praevia nominatione capituli cathedralis ad quod pertinet, ad instar vicariae curatae Sancti Thomae, in qua, quoties casus vacationis occurrerit, cum nominatione ejusdem capituli et approbatione episcopi providetur de vicario curato, et in praelaudatis duabus vicariis noviter erectis explanatur diebus [dominicus] evangelium et parantur sacramenta, ubi cum eodem commodo parochiani confluunt ad ipsa percipienda, aliaque pietatis opera exercenda.

In ecclesia Sanctissimae Annunciationis de jure patronatus universitatis nova etiam reperitur erecta parochia pro publica utilitate, permanentes in ea sexdecim cappellani perpetui per laicos oeconomos, a quibus gubernatur dicta ecclesia, eligendi et per episcopum pro tempore confirmandi, qui quotidianae obligationi sunt obstricti satisfaciendi missarum planarum et anniversariorum oneribus juxta tabellarum formam et psallendi in choro juxta foundationis leges, tam diebus festis quam ferialibus.

Praeter relatas parochiales in eadem civitate ejusque pagis existentes, ||469|| sunt etiam in civitate laicorum confraternitates numero novem, peculiaribus vestibus interdistinctae, quarum duae propria gaudent ecclesia, una nimirum sub invocatione Sanctae Mariae Gratiarum, altera Beatae Mariae Septem Dolorum in ecclesia Sancti Angeli de Munculanis erecta; reliquae vero sub respectivis invocationibus, praesertim vero illa Sanctissimi Corporis Christi, constructas habent cappellas in cathedrali praelaudata ac pariter in enunciata ecclesia Sanctissimae Annunciationis, earumque sodales publicis intersunt processionibus cun[ct]ique singulis diebus festis intra dictam ecclesiam Sancti Angeli de Munculanis conveniunt, sub disciplina directoris spiritualis ab episcopo deputati ad varia pietatis opera exercenda.

Ad villicorum autem commodum extant quamplurimae rurales ecclesiae, in quibus diebus festis sacrosan[c]tum peragitur sacrificium, et unicuique ipsarum inservit eremita solitariam vitam degens, quorum electio fit rite et recte. Insimul quidem anachoretae

tenentur in festivitate Sancti Mennae ad cathedralem ecclesiam accedere et sacra synaxi sese reficere, reddituri testimonium suorum operum.

In eadem civitate inter loca pia duo tantum numerantur montes pauperum, erecti sub titulo Sanctae Annae, quorum unus vocatur *Delli pegni* ejusque oeconomus quotannis eligitur a capitulo dictae cathedralis, alter vero *maritagiorum*, cujus redditus ducatorum octoginta circiter annuatim amministrantur a canonico primicerio ejusdem cathedralis, cui adest onus distribuendi quinque maritagia in quolibet anno puellis civilibus pauperibus, honestatem tamen servantibus. Annis jam elapsis extabant erecti alii duo montes pauperum, unus frumentarius, alter vero sub titulo pietatis cujus administrator eligebatur ab universitate civitatis et ab episcopo confirmabatur, modo tamen omnino aboliti.

Seminarium dioecesanum fuit a me repertum non minus pergravi aere alieno gravatum ducatorum quatuor mille circiter, verum etiam fabricae ||469'|| ejusdem, tam antiquae quam modernae a meo praedecessore inceptae, pene collabentes, eaque de causa ad modum provisionis convictores ejusdem in quibusdam episcopalibus aedibus reducti fuerunt a meo praedecessore, ita ut pauci convictores a me reperti fuere absque ullo debiti seminarii regimine, cum caeteris ruinis maximopere illatis tempore capitularis guberni; qua de re, praeter omnimodam diligentiam praestandam a patrefamilias, meo proprio aere succurrere coactus sum, ac implorato brachio regio obtinui accessum, nomine ejusdem regis, ministri commissarii Campanae super faciem loci, ibique, verificatis omnibus pergravioribus damnis illatis, imminent regales provisiones pro reparandis damnis, nec non decisiones pendent faciendae per Tribunal Mixtum, juxta alteros regios ordines ibidem communicatos pro administratione subsidiorum ex fructibus cappellarum existentium in ecclesia cathedrali, prout ex actis ejusdem Tribunalis Mixti. Interim, quantum vires suppetunt, numerus antiquorum paucorum convictorum excrevit ad duas medietates illorum qui antea ex[st]abant: et, non obstante extrema inopia qua idem seminarium laborat, tempore mei gubernii portio debitorum extincta reperitur. Proinde in altera relatione a me resignanda Eminentis Vestris, si vires suppetunt Deo adjuvante, rationem dabo de caeteris utilioribus rebus pro eodem seminario.

Plurima numerantur in civitate et dioecesi regularium monasteria, nimirum duo in civitate praefata: unum Sancti Francisci Minorum Conventualium, debita familia oneratum; alterum vero Sancti Joannis de Deo, cui est adnexum et incorporatum nosoco-

mium in feudo mensae episcopalis constructum et episcopo, media bulla felicitis memoriae P.P. Gregorii IX, reservatum et omnino praesertim quoad visitationem subjectum, ejusque cura demandata videtur Fratribus Hospitalitatis Sancti Joannis de Deo, inibique extat altare erectum et, diebus signanter festis, ad in||470||firmorum commodum sacrosanctum missae sacrificium minime intermittitur. Antea in dicta civitate extabat conservatorium puellarum redactum a meo antecessore ad monasterium clausurae [O.SS.R.], adjunctis redditibus aliorum piorum locorum, licentiis obtentis a Sacra Congregatione Episcoporum et Regularium, prout hic et nunc referitur. Sicuti civitas praedicta duobus tantummodo regularium monasteriis supraenunciatis decoratur, ita dioecesis ipsorum pluribus, porro numero undecim. Nimirum quinque in insigni oppido Argentii: quorum primum est ordinis S. Augustini, intra moenia existenti; secundum congregationis Montis Virginis, cum proprio abbate; tertium ordinis Praedicatorum; quartum Carmelitarum; et tandem Cappuccinorum. Quatuor vero extant in civitate Ayrolae: Patrum scilicet Congregationis Olivetanae et Montis Virginis, cum respectivis abbatibus, et Ordinis Praedicatorum et denique Patrum Strictioris Observantiae Discalceatorum Sancti Francisci. Estque unum regularium monasterium in oppido Duratiani Ordinis Praedicatorum Provinciae utriusque Lombardiae, ac alterius aliud in oppido Arpadii Patrum Minorum Sancti Francisci de Observantia.

Omnia memorata monasteria sub materiali clausura et onerata debita familia, ab episcopi jurisdictione [sunt] immunia, excepto illo Carmelitarum omnino subjecto: hujus familia vix quatuor pertingit. Omnibus praefatis observantius laudo illud Discalceatorum Ordinis.

Duobus sororum monialium monasteriis episcopo subjectis, et totidem puellarum conservatoriis, quibus civitas destituitur, dioecesis decoratur. Duo sunt in citato oppido Argentii: unum monialium monasterium Sanctissimae Annunciationis sub regula Canonicorum ||470' || Lateranensium, et alterum conservatorium ad instar clausurae cum ecclesia adjacente Sancti Philippi Nerii, in quo virgines vigintitres degunt sub habitu et regula Patrum Servitarum Passionis Deiparae, sub omnimoda episcopi jurisdictione. Alterum monasterium extat in affata civitate Ayrolae, sub regula Tertii Ordinis seu Sanctae Elisabeth, et denique puellarum conservatorium in oppido Fraxii cum ecclesia cohaerente sub regula venerabilis Mariae Seraphinae de Deo, sub regia protectione; omnibus tamen monialibus et puellis praefatis religiose viventibus suas-

que constitutiones servantibus, ac pro majore regulari observantia aliaque addere, mediis propriis, minime praetermisi. Clausura ditorum monasteriorum inviolate custoditur et redditus eorundem fideliter administrantur, implicatis dotibus in bonorum stabilium frugiferorum vel annuorum reddituum emptione.

Tres numerantur in dioecesi collegiatae ecclesiae: duae insignes, una in oppido Argentii sub titulo Sancti Andreae Apostoli, quae viginti canonicis componitur; altera in illo Arpadii, antiquior supradicta, numerum quinque canonicorum non excedens, in qua duae sunt dumtaxat dignitates: prima archipresbyter; secunda vero primicerius, et omnino desunt praebendae viviturque ex massa communi vulgo *grossa* quam maxime tenui, temporum iniuria sic diminuta, et incessanter divina persolvitur psalmodia; tertia theologus cum onere statis temporibus sacrae scripturae lectionem explicandi; postremo thesaurarius. Hae dignitates tantummodo potiuntur praebendis a massa separatis, et insimul cum canonicis alternis hebdomadis inserviunt choro et ecclesiae, omnesque ipsarum collegiatarum ||471|| canonici sunt insigniti, et in vacationibus subduntur regulae reservatoriae mensium. Est et alia collegiata in terra Fraxii, triginta habens canonicos pari mozzeta insignitos, cujus caput est archipresbyter, et percipiunt tenues annuos redditus ex massa communi ad summam usque ducatorum decem et octo monetae hujus regni ascendentes, inserviuntque choro alternis hebdomadis. Praeter enuntiatas collegiatas ecclesias in hujusce dioecesis locis, nimirum in affato oppido Fraxii, in alio Duratiani, in civitate Ayrolae ac in illo Vallis, reperiuntur presbyterales ecclesiae, ultra tres alias jam enunciatas in castris Balneoli, Ducentae et Cancelli, quibus praesunt proprii archipresbyteri habentque proprios redditus supra congruam, excepta illa castris Cancelli cujus archipresbyter potitur tantummodo titulo, et cura animarum exercetur a paroco vicinioris casalis Sancti Felicis dictae terrae Argentii, qui anno maxime elapso fuit a me coactus ad deputandum inibi oeconomum curatum ad effectum magis consulendi necessitati animarum illorum villicorum; nec non extant parochiae quam plurimae in affatis dioecesis locis eorumque pagis, sub eorum respective titulis proprios parochos habentes cum suis oeconomis curatis, quae subduntur regulae reservatoriae mensium dum vacationis casus acciderit; omnesque archipresbyteratus et praefatae parochiae sunt sufficienti ornatu debitaque sacra suppellectile provisae.

Innumerae etiam adsunt erectae in tota dioecesi sodalitates sub praecipuis sanctorum invocationibus, quas omnes sigillatim describere supervacaneum puto, cum enim reali visitationi se subjaceant;

in reliquis vero, omnes fere sunt sub regia protectione, ac parvipendere ut plurimum ||471'|| conantur ordinariam auctoritatem, vixque in debita disciplina contineri possunt, regiis insinuationibus facile impetrandis innixis, quamquam non omiserim cum opus fuerit in faciem obsistere.

In memorata terra Fraxii, praeter memoratam archipresbyteralem ecclesiam cui est animarum cura adnexa, alteram ecclesiam sive cappellam in loco aptiori majori parochianorum commodo [construere curavi] (114).

Animarum numerus in hac civitate et suburbiis attingit quinque mille et biscentum. In oppido Argentii ejusque pagis et villis decem mille et ultra; in Arpadii oppido et casale Furcularum mille et sexcentum; in civitate Ayrolae ejusque casalibus sex mille biscentum; in oppido Fraxii bis mille et sexcentum; in illo Vallis mille et centum; in castris nimirum Balneoli biscentum quinquaginta: Ducentae trecentum et ultra; tandem Cancelli biscentum circiter.

Clerus saecularis in hac civitate et suburbiis ad numerum ascendit octoginta; in memorato oppido Argentii ejusque casalibus et villis centum viginti; in enunciata civitate Ajrolae et ejus pagis octoginta circiter; in nominato oppido Fraxii quinquaginta; in illo Duratiani ejusque pagis quadraginta et in altero Vallis triginta circiter (115). In descriptis castris, excepto illo Balneoli in quo unus adest sacerdos, [existunt clerici] cum aliis alumnis in reverendo seminario conviventibus, etsi prius nullus eorum extabat.

Quo vero ad reliqua, cum non [sint] magni momenti, materialem ecclesiarum dioecesis statum respicientia, praetereunda censeo, ne sigillatim referendo taedio Eminentias Vestras afficerem, nam hujusque mediis relationibus a meo praedecessore satis recensita, hactenus immutata non extant.

Status formalis ecclesiae.

||472|| Pro administratione justitiae habeo vicarium generalem exterum ab initio meae promotionis assumptum, cujus peritia, fama et mores sunt commendatione digna. Nec caeteri officiales sufficientes pro justitiae administratione et gubernio Ecclesiae deficiunt.

(114) Il compilatore della relazione, che evidentemente attingeva alla relazione del 1765, ha lasciato il periodo incompleto.

(115) Tali cifre sono identiche a quelle della relazione del 1765. *Spic. hist.*, 17 (1969) 2, p. 200.

Clerum universum, exceptis paucis, docilitate animi pollere potius hactenus novi, moribus tamen universim non integrum, quamvis in praesentiarum (mediis exercitiis spiritualibus, quae quotannis subire sensim sine sensu coegi, ac monitionibus paternis, quibus adjicere etiam moderatas coercitiones, dummodo monitiones non proficiant, minime praetermisi) Deo favente, moribus correctum ac pietate cultiorem videam, etsi melius exoptarem; litterarum sacrarumque facultatum et praesertim theologiae moralis necessaria scientia plurimum indigentem, demptis nonnullis ac dum in civitate hac sed etiam in dioecesi vere dignis, eundem non parum patior, quae circa huic malo occurrens quantum in me est, academias theologiae moralis pro informandis illis hujusmodi facultate destitutis, quibus praeficiunt doctiores praesbiteri a me selecti, constituere minime praetermisi. Praeter academias, extant hebdomadariae casuum moralium conferentiae ac etiam sacrorum rituum in affata civitate et quolibet dioecesis loco, quae adamussim explentur, ubi conveniunt omnes de clero etiam aetate proveci.

Populus universus, divina favente gratia, excultus intra mei regiminis tempus redditus est ob frequentes et repetitas missiones in civitate et tota dioecesi a Patribus Congregationis Piorum Operariorum ||472'|| et aliarum Congregationum: callet fidei rudimenta, nec dolendus quoad frequentiam ecclesiae et sacramentorum. Parochorum onus diu excitatum teneo, omnesque, quantum mihi videre est, satis muneri suo faciunt, explanando diebus dominicis et festis evangelium parochianis ac docendo pueros, puellas et rudes fidei rudimenta, et in administrandis ecclesiastico ritu sacramentis maxime infirmis, caeteraque munia parochialia pro viribus explendo.

Verbum Dei quotidie populo porrigitur quadragesimae tempore in cathedrali, collegiatis et archipresbyteralibus ecclesiis dioecesis; in casalibus vero diebus tantummodo festis, et concionator providetur universim uno anno ab episcopo, alio vero nominatur a magistris de regimine et ab eodem episcopo confirmatur, et sic alternatim constanter observatur, excepta cathedrali, cujus provisio omnino stat penes ipsummet episcopum. Seliguntur tamen concionatores ad tale munus explendum, qui familiari prorsus eloquio absque verborum fucu verbum Dei praedicant, ut id unum intendant omnes praedicandum Jesum Christum et hunc crucifixum.

Abusus sive corruptelae aut vanae observantiae procul sunt a civitate et dioecesi, etsi contingat aliquos potius ignorantia aut simplicitate pressos reperiri addictos, accurritur et eliminantur.

Morem laudabilem universim, dico universim in tota dioecesi,

potius nuper invecum cum gaudio referam: nimirum quotidie, praevio signo sonitus campanae, populum ad ecclesiam matricem convocari, et aperto sacri tabernaculi ostiolo debitisque ||473|| candelis accensis, mediis aliquibus precibus ac piis meditationibus, adorari et venerari sanctissimum Eucharistiae sacramentum, et fere quotidie hujusmodi publicae adorationi in cathedrali interesse non effugio, ut clero et populo essem exemplo illosque sedulos in prae-laudata adoratione continerem, ex quo uberrimus fructus videtur et speratur. A meae promotionis tempore ubique promovetur a parochis exercitium orationis mentalis in missis matutinis et cultus Beatae Mariae Virginis, maxime in sabato cujusque ebdomadae, peracto pariter eodem die, ab aliquo pio et docto presbytero a me ad id deputato, sermone in laudem ejusdem Deiparae, ad majorem fidelium devotionem erga eandem excitandam (116).

Status operum patratorum.

Munus episcopalis ordinis praecipuum saepius concionandi ad clerum et ad populum, obsecrando, increpando et arguendo in omni doctrina, dummodo aegra valetudine non sim detentus, in laudem Deiparae Matris sermocinandi, ut magis atque magis in Christi fidelium cordibus devotionis fervor augetur per me ipsum non incassum, Deo dante, mitto.

Quotannis per me ipsum insimul cum praefato meo vicario generali munus adhuc sanctae visitationis pro medietate diocesis expleo, et juxta mentem concilii priusquam biennium effluerit, eandem dioecesim sancta visitatione perlustro ac in adjutorium pastoralis ministerii operarios affatae meae dioecesis accire et avocare non omitto, qui vicibus repetitis civitatem et praesertim dioecesim, morum docilitatem magis redolentem, ad pietatem plurimum excoluere.

In civitate et fere in tota dioecesi erectae et situatae reperiuntur sodalitates Sanctissimi Sacramenti, quarum redditibus providetur de omnibus necessariis ad ornatum altarium et ejusdem administrationem; moribus tamen receptum non est, nec regulis praescriptum, ut sacratissimum viaticum sacco induti asso||473'||cientur, cum ex villicis et fabris sint adjunctae, et praesto esse non possunt in casibus quotidianae delationis prae-laudati sacratissimi viatici; est tamen onus a me clericis impositum huic associationi

(116) Tali pratiche di devozione furono introdotte da S. Alfonso, come risulta dalla relazione del 1765. *Spic. hist.*, 17 (1969) 2, p. 202.

interesse et minime deficere. Non extant sodalitates Doctrinae Christianae, difficillimae erectionis in hisce oppidis, supplet tamen cura et diligentia parochorum et clericorum aliquorum, extra seminarium degentium usquedum in eo inter convictores admittantur, qui hoc onere praecipue sunt gravati.

Universim non omisi probos sacerdotes et aetate et doctrina provectiores deputare, quibus est onus injunctum respective sermocinandi diebus festis familiari eloquio in designatis ecclesiis pueris et puellis separatim, illosque instruendi in exercitio orationis mentalis aliisque piis exercitiis passionem Domini respicientibus. Nec penitus omisi in sanctis visitationibus, in hac civitate et dioecesi habitis, pluribus vicibus sacramentum confirmationis ministrare. Et dummodo aegra valetudine qua fere diu laboro non sim pressus, non me taedet temporibus praescriptis pontificalia aliasque functiones episcopales obire, neque hactenus unquam abfui a residentia, et sum paratus imo ab ea imposterum minime abesse.

Quandoque canonicorum cathedralis et collegiatarum dioecesis choro interesse non effugi, ut ipsis exemplo essem eosque sedulos in debita divinarum horarum recitatione continerem. Publica si quae eveniant scandala, prius monitionibus et exhortationibus, dein grassantibus media contumacia anathematis gladio coercentur.

Adhuc paucae sunt locorum piorum administrationes, quae ecclesiae dictioni subjacent, quas quandoque quoad generalia per me ipsum reco^{||474||}gnovi, remissa alicui probo et perito praesbytero quoad particularia computa cognitione et visione earundem, ut hic moris est.

Onera missarum earumque satisfactiones mei generalis vicarii convisitoris iudicio quotannis subjacent, et ubique locorum sunt paratae tabellae debito ordine dispositae et refectae.

Magna res est et prae omnibus pastoralibus sollicitudinibus gravior manuum impositio, ideoque omnes ad ordines promovendos per me ipsum, adjunctis aliis doctis viris, examini quoad literas subicio, praevia morum quantum homini inter miseros miserissimo nosse datum est stricta perquisitione, commendationibus aliisque humanis respectibus Deo propitio posthabitis proculque abjectis.

Quotidie pro grege mihi concredito sacrosanctum missae sacrificium indigne aggredior, et ad reddituum mensuram pauperes maxime aegrotantes et honore periclitantes impudicasque mulieres vi a peccato remove, qua publice, qua privatim fovere et alere non omitto.

Quoad Sacri Concilii Tridentini decretum statuens non esse promovendos ad sacros ordines ad titulum patrimonii, nisi vere necessarios et utiles servitio Ecclesiae, ac istius Sacrae Congregationis monita in observantiam praelaudati conciliaris decreti caeteraque laudabilia praecepta Sacrae Congregationis Episcoporum quoad spiritualia exercitia ordinibus praesertim sacris praemittenda, ac tandem bullam Innocentii P.P. XII incipientem *Speculatores* adamussim exequi non parvipendo.

Satis scio inter munera episcopalia synodi celebrationem praecipuum tenere locum, ut medium aptius et efficacius ad excitandam puritatem ecclesiasticae disciplinae, vitia extirpanda, abusus removendos, mores reformandos aliaque providenda conducentia ovium saluti, verum ob rationem temporum in praesentiarum decurrentium non est datum episcopis leges synodales ferre, eaque de causa hactenus ||474'|| abstinuerim (117), nihilominus praefatae necessitati synodicae celebrationis alia consului via, emanando generalia edicta sive decreta puritatem disciplinae respicientia.

Plurima postulata Eminentissimis Vestris proponere haberem, respicientia specificè abusus morum publicos, corruptelas scandalosas in civitate, necnon alios hujusmodi abusus intrusos quoad disciplinam choralem mei capituli, super quibus a meo praedecessore numquam fuit rite provisum, timore forsàn ducto facinorositate laicorum et ecclesiasticorum praefatae civitatis confederatorum; praesertim vero archidiaconi ejusdem capituli, domini Francisci Rainone, cujus gubernio capitulari pluribus annis durante omnia pessum iverant. Verum haec et alia reservabo imposterum, cum omnibus providere non praetermitto.

Non remanet aliud quod ad praesens Eminentissimis Vestris potissimum referam, nisi vestras monitiones et lumina, si quae habent communicanda, ut supra caput recipiam omni qua decet obsequio et reverentia. Et interim sacrarum purpurarum fimbrias humillime exosculor.

29-30. *Trienni 67° (1783-1786) e 68° (1786-1789).*

Non ci è pervenuta nessuna relazione di questi trienni.

(117) Tale giudizio di Mgr Rossi circa le difficoltà che si opponevano alla celebrazione del sinodo diocesano è confermato da un recente studio di Gabriele De Rosa (*Il Sinodo di Policastro del 1784 e la censura napoletana*, in *Rivista di Studi Salernitani*, II (1969) 4, pp. 201-226), che mette ancora una volta in evidenza l'importanza delle fonti archivistiche ecclesiastiche, e tra esse le relazioni *ad Limina*, per la storia rurale e la storia economico-sociale.

31. *Triennio 69° (1789-1792).*

In una minuta trasmessa all'attuario della S. Congregazione del Concilio l'11 aprile 1792 si accenna ad una relazione che però non ci è pervenuta (S.C.C.V., ff. 482-489'), a meno che non si tratti della *Descrizione* che pubblichiamo in appendice.

II. PAOLO POZZUOLI (1792-1799)

Paolo Antonio Pozzuoli nacque a Vitulazio, archidiocesi di Capua, il 16 giugno 1740 da Carmine ed Antonia Mesonzo. Ordinato sacerdote il 28 maggio 1763 da Giuseppe Maria Capece Zurlo, vescovo di Calvi Risorta e poi cardinale archivescovo di Napoli, si laureò in teologia a Napoli il 24 agosto 1773. Fu parroco di S. Maria l'Abbate di S. Vincenzo al Volturno, quindi lettore e rettore del seminario di Capua, penitenziere maggiore ed esaminatore sinodale. Proposto dal re per la sede di Sant'Agata il 16 dic. 1791, venne eletto dal papa il 27 febr. 1792. Consacrato a Roma il 4 marzo dal card. Corsini, prese possesso per procuratore il 19 marzo e fece il suo ingresso in diocesi il 1° aprile 1792. Il suo governo episcopale si distinse particolarmente per la cura riservata alla formazione del clero e per l'inflessibile opera pastorale. I risultati conseguiti non dovettero però sopravvivere a lungo alla sua morte avvenuta ad Arienzo l'8 marzo 1799, dato che la diocesi rimase vacante per circa un ventennio. *Proc. Dat.*, vol. 166, f. 53; *Hier. cath.* VI, 69; [F. VIPARELLI], *Memorie storiche* cit., pp. 106-108.

Con la bolla *De utiliori dominicae vineae* del 27 giugno 1818 che dava un nuovo assetto alle diocesi del Regno delle Due Sicilie *citra Pharum*, alla diocesi di Sant'Agata venne unita *aeque principaliter* quella di Acerra, che dal 1797 era governata da Mgr Orazio Magliola (1745-1829), *Hier. cath.* VII, pp. 57, 61. Tale unione durò fino al 1854, quando le due diocesi vennero di nuovo separate. Fu allora che dalla diocesi di Sant'Agata venne smembrato il territorio di Arienzo, S. Maria a Vico, Cervino e Forchia, che passò ad Acerra (118). Una secolare controversia di confine con la diocesi di Teleso era ancora viva nel 1874 a motivo dell'appartenenza del territorio di Torello. S.C.C.V., Rel. 1874, ff. 593'-594.

32. *Triennio 70° (1792-1795).*

La visita fu compiuta per mezzo del procuratore D. Angelo di Martino che si recò alle basiliche degli Apostoli il 2 e il 3 giugno 1795. L'attestato della S. Congregazione è del 10 marzo 1796. S.C.C., *Lib. Visit.*, 36, ff. 63-64.

Sant'Agata dei Goti, 20 marzo 1795.

S.C.C.V., ff. 501-507'.

A.V.A. *Indice*, pp. 56-62.

(118) Le ragioni di questa smembrazione possono intuirsi da quanto esposto da N. LETTIERI, *Istoria dell'antichissima città di Suessola*, Napoli 1778, pp. 217, 256-258; [F. VIPARELLI], *Memorie storiche* cit., pp. 37-40. La Forchia in parola è attualmente una frazione

1795

||501|| Quoniam statim ut hujus Sanctagathensis ecclesiae episcopus consecratus fui die 4 mensis martii, eademque dominica secunda in quadragesima anni 1792 Beatorum Apostolorum Petri et Pauli sacra limina praesens visitavi, idem nunc, altero meae consecrationis jam incipiente triennio, praesens etiam facere deberem, Eminentissimi Domini, et vero etiam exoptarem. Sed tot tantaque sunt negotia quae volentem prohibent ut officio huic meo nisi per nuncium satisfacere non possim. Quam ob rem etiam rationem de toto meo pastoralis munere ac de rebus omnibus ad meae ecclesiae cum materialem, tum formalem statum pertinentibus, quam ipse voce reddere mallet, scriptam et quidem ad normam instructionis Sacrae Congregationis Concilii Tridentini interpretis, quoad ejus fieri potuit exactam ad Eminentias Vestras venerabundus transmittito.

Caput I

De materiali Sanctagathensis ecclesiae statu.

§ I

De episcopalis cathedrae Sanctagathensis institutione ac praerogativis.

Verum ipso in limine, quod de hujus cathedrae institutione esse debet, ||501'|| anceps haerere quodammodo cogor (119). Cum enim pro superiorum temporum incuria nulla extent ejus rei monumenta, quo potissimum tempore et a quonam haec cathedra instituta fuerit definiri non potest. Sunt quidem nonnulli qui opinantur hodiernam Sanctagathensem cathedram eandem esse, quae antiquissima Caudina (120), cujus episcopus Felicissimus synodo romanae

del comune di Cervino (provincia di Caserta) con circa ab. 184. Va distinta dall'omonimo comune in provincia di Benevento, che conta ab. 2.000 circa e che rimase sempre sotto la giurisdizione del vescovo di Sant'Agata. ISTITUTO CENTRALE DI STATISTICA, *IX Censimento Generale della Popolazione (1951)*. Vol. I: *Dati sommari per comune, Appendice B: Circostrizioni ecclesiastiche*, Roma 1956, pp. 23, 335; TOURING CLUB ITALIANO, *Annuario generale dei comuni e frazioni d'Italia 1968*, Milano 1967, p. 371. Cfr anche O. GREGORIO, *La diocesi di S. Agata com'era ieri e com'è oggi*, in *Spic. hist.*, 9 (1961) 2, pp. 547-555.

(119) Vedere sull'argomento [F. VIPARELLI], *Memorie istoriche cit.*, e [F. VIPARELLI], *Cenno istorico sulla fondazione della città di S. Agata de' Gott*, Napoli 1842.

(120) I. D. MANSI, *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio*, VIII, Firenze 1762 (ediz. anastatica Parigi 1901), 234; *Encicl. Catt.*, III, 1182.

anno 499 a Symmacho summo pontifice habitae interfuisse legitur in *Actis Conciliorum Harduini* (tomo 2, pagina 961) (121) quaeque, Caudio diruto, Sanctagatham fuerit translata. At contra alii putant Sanctagathensem cathedram aut ab apostolicis, aut certe a proxime secutis temporibus non per Caudinam, sed ipsam per se originem ducere. Scilicet cum ex marmoribus et numismatibus in his finibus inventis tum vel maxime ex antiquissimo sepulcreto prope hanc urbem nuperrime detecto persuasum iis est hanc Sanctagatham non novam esse urbem a Gothis saeculo V conditam, sed vel antiquissimam Saticulam, vel aliud nobilius oppidum quod Gothi restauraverint tantum et novo nomine Sanctam Agatham Gothorum appellaverint, ut simul et suae devotioni erga Beatam illam Virginem et Martyrem satisfacerent, et propriae famae bene in posteritatem consulerent. Ex quo sponte sua fluere ajunt etiam apostolicis temporibus exstitisse hic, vel Saticulam, vel aliud oppidum aequae ac Caudium nobile, quod proinde apostolorum aliquis, aut certe suppres episcopi vicini cathedra episcopali dignum putaverint. Ex his porro opinionibus mihi quidem prima magis arripet. Nam vetustissima Ecclesiae saecula, praeter Caudium nullam aliam horum locorum indicant cathedram, quae prius alio nomine, postea Sanctagathensis potuerit appellari. Praeterea, veteris Caudii locus revera et intra fines hujus dioecesis est, nec Sanctagatha longius abest quam quatuor circiter passuum millibus, quod primae opinionis translationem miro quodam modo suadet. Constat denique vetus Caudium euntibus via Appia obvium fuisse, aut certe proximum, Saticulam contra quinque saltem milliaribus abfuisse. Quare credibilius multo est Beatum Petrum Apostolum, dum Brundusio Romam via Appia peteret, constituto jam episcopo Caudii duodecimo scilicet a Beneventano lapide, statim Capuam tantumdem fere distantem eadem via properasse, de locis vero diversis, et Caudio aut finitimis aut vicinioribus, adeo sollicitus non fuisse. Quod sane antiquitati ac nobilitati Sanctagathensis cathedrae non solum non obest, verum etiam prodest quam ||502|| plurimum, ut consideranti patet. Verum si qui sunt, quibus haec non placeant, vadimonium iis imponant quorum interest. Mihi unum illud, quod ex utraque hac opinione plane sequitur, hic dixisse sufficiat, nimirum Sanctagathensem cathedram aut apostolica aut suppari aetate institutam fuisse. Illud vero extra omnem dubitationem positum est ipsam VII aut VIII saeculo cathedrae Beneventanae

(121) J. HARDOÛIN, *Acta conciliorum et epistolae decretales ac constitutiones summorum pontificum*, Parigi 1714, II, p. 962.

adjunctam fuisse, eique una cum sua ecclesia veluti commendatam ad X usque saeculum constitisse. Id autem non Sanctagathensi uni, sed Sipontinae etiam, Larinensi et Asculanae in Samnio, in Campania vero Sinuessanae, Foroclaudiensi aliisque obtigisse comperitum est, ob ferventia tunc Graecorum, Bulgarorum et Langobardorum bella, quae per id temporis has regiones (nobilioribus quibusdam tantum exceptis locis) rapinis, caedibus, incendiis devastarunt, et clericos a deligendis novis episcopis, qui defunctis succederent, deterruerunt. Sed tandem saeculi X anno septuagesimo primo Sanctagathensis cathedra restituta est, suumque locum et decorem veluti postliminio recuperavit. Cum enim Johannes XIII Summus Pontifex anno nonagesimo sexagesimo nono Landulphum I Beneventanorum episcopum metropolitici gradus honore auxisset, ei praecepit ut decem ecclesiarum, quas suffraganeas acceperat, statim episcopos constitueret. Quo factum est ut is, Pontificis jussa faciens, tribus post annis Malfridum, Beneventanum presbyterum, Sanctagathensem episcopum creaverit ejusque jurisdictionis fines, tanto temporis intervallo oblivione jam obrutos, rursus designaverit. Jam vero in Sanctagathensi cathedra, cui anno nongentesimo nonagesimo octavo bulla Gregorii V adnexa fuit Suessulana (122), praeter alios complures aut generis nobilitate, aut doctrinae laude, aut sanctitate vitae clarissimos viros, sederunt aliquando episcopi qui simul patriarchali aut etiam cardinalitia aucti erant dignitate. In his Felix Peretius, cognomento cardinalis a Montalto, qui postea fuit Sixtus V Pontifex Maximus. Atqui ejusdem cathedrae duae ad summum recenseri possunt praerogativae: altera quod ejus episcopus inter Beneventanae ecclesiae suffraganeos primum obtineat locum, quam rem Rogerius cardinalis Beneventanorum archiepiscopus saeculo XII etiam in valvis aeneis illius templi principis testatam voluit, in quibus, inter omnes suffraganeos episcopos, Sanctagathensem ritu graeco vestitum et graecorum item more sinistro archiepiscopi lateri ||502'|| proximum honoris gratia constandum, atque epigrammata addito dignoscendum curavit; altera praerogativa est, quod idem episcopus sit baro cujusdam hujus dioecesis castri, cui nomen Balneoli, in ejusque incolas per capitaneum seu gubernatorem laicum a se designatum jurisdictionem civilem et mixtam exerceat. Verum ah! quid dixi praerogativam hanc esse? Imo fuit, Eminentissimi Patres (123). Nunc sit necne, et futura sit plane ignoro. Quae enim quibusdam

(122) N. LETTIERI, *Istoria dell'antichissima città di Suessola* cit., [F. VIPARELLI] *Memorie storiche* cit., pp. 37-40.

(123) Cfr Parte I, *Spic. hist.*, 17 (1969) p. 20.

decessoribus meis molestiae et fortasse etiam dispendii aliquid attulerat, eadem mihi tum molestiae, tum dispendii altero jam anno affert, affertque sine dubio permultum. De ipsa etiam, itemque de bonis sibi adjunctis sub iudice lis est in praesenti. Nam feudum illud in quinternionibus et cedulariis Regiae Camerae Summariae inscriptum reperitur primo episcopali cathedrae seu mensae Sanctagathae Gothorum, deinde cuidam Carolo Caracciolo, cujus nomine etiam adohaes pluribus annis persolutae leguntur, ad extremum nemini et sine adoharum solutione. Quam ob rem, occurrente identidem Regii Fiscus oculis hac variatione, tum ego proximo et superiori anno, tum saepe alias decessores mei, illo instante, in jus vocati sumus non solum de adohis et quinquenniis non solutis, sed de ipso etiam illius feudi possessionis seu retractionis titulo. Sed illorum tempora hoc etiam meis hisce praestiterunt quod illi alius alio usus effugio, litem hanc declinare potuerint. Ego non item, praesertim cum vigeat jam lex anno 1774 lata nulla ut in hoc Regno sint feuda franca seu immunita, quamvis ad ecclesias pertineant (124). Utinam ergo timendum non esset ne et cathedra haec mea ad praetoriorum annorum saltem adhoas et quinquennia solvenda damnetur, et feudum vel Caroli Caraccioli lineae, si extet, addicatur, vel, illa jam extincta, ad Regem devolutum iudicetur. Verum, cum confidam Virginem Deiparam in Coelum Assumptam nec non Beatos Martyres Stephanum et Agatham, huiusce ecclesiae tutelares, causam hanc, suam potius et pauperum quam meam, defensuros, illud etiam futurum spero ut pro adhois quinquenniisque non solutis, et pro incomperato possessionis titulo ego quidem male mulctet, cathedra tamen feudum non amittat. Certe non precibus, non laboribus, non pecuniae pepercit adhuc neque parcam, quantivis ea lis aestimanda sit, dummodo feudum cathedrae Sanctagathensi in quinternionibus et cedulariis rursus inscribatur et praerogativa haec sarta illi tectaue servetur.

§ 2

De Sanctagathensis dioecesis finibus partibusque ad propositum spectantibus.

||503|| Sanctagathensis cathedrae dioecesis sexaginta circiter milliariorum ambitu clauditur, finitimasque habet Beneventanam

(124) A proposito dei feudi franchi, il decreto del 18 luglio 1776 stabiliva che fossero sottoposti al pagamento di adoha e dei quinquenni, nonostante la loro appartenenza a luoghi pii. *Dizionario delle leggi del Regno di Napoli*, II, Napoli 1788, p. 148.

ad ortum, Nolanam ad meridiem, Acerranam et Casertanam ad occasum, ad aquilonem Thelesinam, atque ut nonnulli volunt etiam Cajacensem, ea scilicet parte qua Vulturinus hinc agrum Ducentinum, inde Squillam interfluit. Complectitur vero sinu suo urbes duas, oppida quinque, tria castra, pagos decem et octo, praeter duos alios, quos potius multorum pagorum congeries quam pagos aut vicos appellaverim.

Animae totius dioecesis supra tricies et quatuor mille trecentae circiter sunt, in parochias tres et triginta distributae. Parochi tamen, iis etiam adnumeratis qui potius vicarii curati perpetui dicendi sunt, ad annum usque 1793 triginta quatuor fuerunt, duobus scilicet aequo jure parique potestate curantibus eandem parochiam Vici Novanensis, vulgo Sanctae Mariae ad Vicum, Sancti Nicolai Magni nomine insignitam. Quae quidem parochia non solum omnium totius dioecesis frequentissima est, sed etiam, praeter villas complures, decem complectitur compagos tam longe lateque dispersos, ut postremorum temporum parochi binis singuli coadiutoribus opus habuerint. Nunc iidem parochi et vicarii curati perpetui triginta tres tantum recensentur, atque an in posterum rursus triginta quatuor futuri sint incertum est. Cum enim ejus anni mense novembri Sancti Nicolai Magni parochorum alter vita cessisset, ad me successoris creando statim vacantem Vicanorum nonnulli publice miserunt, qui diceret se, cum aliis de causis tum in primis ad vitanda duorum ejusdem populi parochorum dissidia, uno parochio vivente contentos esse, alterius vero demortui loco ac redditibus quotuor velle coadjutores unius viventis parochi, et quidem ad ejus nutum eligendos atque amovendos. Quas eorum causas equidem tanti non esse duxi, ut in ea animarum pagorumque multitudine atque distantia pastoris locum a mercenariis caeteroque non removendis occupari consentirem, praesertim cum duorum parochorum dissidiis alia quam judicabam via magna ex parte occurrere posset. Sed vicarii interea, dum dies edicti jam examinis adveniret, Sacrum Regium Consilium adierunt, et sacerdotium illud ad suum commune jus patronatus pertinere per fraudem asserentes, ne concursus haberi posset effecerunt. Mox veram postulationem suam ad ipsum Regem pertulerunt, apud quem cum diu multumque laborassem, unum illud tandem obtinere potui ut fieri quidem juberet uti Vicani rogaverant, sed hisce sub conditionibus: 1. Ut quatuor coadjutores ab episcopo designarentur; 2. Ut iidem locum haberent, donec experientia mali, aut episcopum, aut ipsos parochianos ad alterum parochum postulandum moveret.

Ecclesia cathedralis, quae parochialis item est, in urbe Sanctagatha extat, eademque intus quidem structurae est firmae elegantisque nec necessaria caret suppellectili, quamvis suae dignitati parem desideret. Sed foris multa et sumptuosa indiget refectione. Nam, jam inde a sede vacante, et secundum aes campanum librarum circiter quatuor mille ruptum est, atque atrium, testudine collapsa, omnino detectum habet. Huic tamen reficiendo, proximo aprili mense, favente Domino manus admovendas curabo, illud postea non neglecturus. Ejusdem ecclesiae capitulum erectas habet praebendas poenitentiarum et theologalem, constatque canonicis uno et triginta, ex quibus quinque sunt dignitates: archidiaconus, decanus (qui et poenitentarius est), primicerii duo, et thesaurarius. Cum capitulo autem quatuordecim etiam mansionarii insignes choro inserviunt.

Sunt praeterea in tota hac dioecesi collegiatae septem, ex quibus quatuor sunt insignes, reliquae non item. Illarum prima est in urbe Sanctagatha, quatuordecim cappellanorum choralium, uti vocantur. Altera in oppido Fraxio canonicorum triginta, quorum primus praefectus chori, secundus vero primicerius vocantur. Tertia cum erecta praebenda theologali in oppido Argentio canonicorum viginti, atque insignium mansionariorum decem, ex quibus canonicis quatuor pro dignitatibus habentur: archipresbyter, primicerius, Sacrae Scripturae interpretes et thesaurarius. Quarta, eademque omnium antiquissima, in oppido Arpadio est trium canonicorum, praeter archipresbyterum et primicerium. Ex his autem quatuor nulla est quin sede vacante aliquam in suis collegiis seu canonicis creandis nacta sit mutationem, eamque aut contra curiam episcopalem, aut contra Datariam Apostolicam, aut contra utramque. Quibus tamen omnibus ad pristinum officium revocandis equidem, quantum Deo adjuvante potero, operam dabo. Sed an ex sententia res successura sit, haud scio.

Collegiatarum vero non insignium prima est in urbe Ayrola unius et triginta, altera in oppido Valle decem, tertia in oppido Argentio quatuordecim cappellanorum choralium.

Sunt item in hac dioecesi praeter cathedralem aliae permultae ecclesiae, oratoria, cappellae rurales, ad centum et triginta septem: quae et necessaria supellectili instructae sunt, atque ad tramites decretorum felicitatis memoriae Urbani VIII expositas habent in sacristiis tabellas missarum et anniversariorum onera indicantes. Ex iis vero duae tantum, cathedralis scilicet atque archipresbyterialis Argentii, ad suas restorationes habent addictas fructuum dimidias primi anni, ab iis conferendas qui bulla episcopi beneficia

obtinent: cathedralis quidem, si canonici ii fiant vel mansionarii sui chori, aut parochi totius dioecesis, aut simplices beneficiarii; archipresbyteralis autem Argentii, tantum si chori itidem sui canonici fiant vel mansionarii. Verum de hoc argento nunc prima raro tertias, plerumque quartas, quintas aut sextas recipit, easque a ditioribus tantum. Altera, postquam sui canonici et mansionarii suffragiis populi creari coepti sunt, omnino somnium.

Sunt denique in hac dioecesi coenobia virorum tredecim; mulierum monasteria tria, et conservatoria duo; xenodochia quatuor; confraternitates tres et triginta; montes pietatis seu pignorum tres, quibus nihil praeter sortem debetur; mons frumentarius unus, cui acceptum triticum, sextadecima tantum parte auctum, redditur. Puerorum seminarium unum, quod, antiquata jamdudum taxa, ex sibi annexis beneficiis centussium mille et sexcentorum circiter annuos redditus habet. Ab anno tamen 1763, cum multa indigeret restauratione, praevio Sacrae Congregationis decreto, aere alieno ducentorum et mille aureorum premitur. Et quamvis ex eodem decreto ducentos quolibet anno ad hujus oneris excussionem deponere debuisset, attamen quia tribus hisce meis annis summa annonae caritas, superioribus vero aliud ex alio obstitit, vix sexaginta hoc anno depositi sunt.

Atque de materiali hujus ecclesiae statu hactenus.

Pars II

De formali Sanctagathensis ecclesiae statu.

§ I

De episcopo

Ad formalem ecclesiae meae statum jam accedens, en paucis quae non tam de me quam de gratia Dei mecum atque in ejusdem gratiae dumtaxat laudem dicere possum.

Ut residentiae praecepto satisfacerem, ita in dilectissima hac dioecesi mea assiduus fui, ut a prima die qua in illam ingressus sum quadriduo tantum abfuerim, et quidem aut utilitate ejusdem ecclesiae, aut necessaria urbanitate divulsus.

||504'|| Dioecesis visitationem biennio absolvi totam. Eam tamen nisi sub finem primi mei anni inchoare non potui, aliis atque aliis curis distentus, praesertim vero creandis parochis sal-

tem octo ex duodecim qui deerant. Sacras ordinationes quoties oportuit ipse habui. Ipse etiam confirmationis sacramentum administravi cum in ecclesiis singularum urbium, oppidorum, pagorumque frequentiorum, tum etiam domi, si quando ab aegris advocatus sum.

Synodum dioecesanam habere neque visum est adhuc, neque vacavit. Ad provincialem vero vocatus non sum.

Oves mihi creditas verbi Dei praedicatione, ubi libet fuerim, singulis fere dominicis diebus egomet pavi.

Texas Innocentianam, et Beneventanam anno 1653 a Sacra Congregatione approbatam deinde vero anno 1693 mandante et confirmante Provinciali Concilio Beneventano ab eminentissimo archiepiscopo cardinali Ursino plenius et per ordinem digestam, et servavi ipse religiosissime et a mea curia ut serventur praecepi.

Depositum multarum seu poenarum pecuniarum non habui, neque habeo. Subditos enim, saltem primis annis, pudore et liberalitate ad officium allicere, quam poenae metu cogere, satius esse credidi.

Collationes casuum conscientiae et sacrorum rituum singulis hebdomadis cum in urbibus, tum in oppidis et pagis frequentioribus restituendas curavi, eisque quam diligentissime etiam interfui.

In eam denique nunc curam incumbo ut ex saeculari hoc clero, urbano et dioecetano, missionariorum congregationem institutam. Quod sane opus, quod ex summa Dei Optimi Maximi misericordia fervet jam, et non solum laicis verum etiam clero ipsi maximae utilitati brevi futurum confido (125).

§ 2

De clero saeculari

Jam vero ex eodem clero saeculari canonici vel cappellani chorales, qui sunt cathedralis et collegiatarum Fraxii, Argentii, Sanctagathae et Ayrolae, ii aequae ac mansionarii, siquos habent, in duas partes distributi alternis hebdomadis jugiter choro inseruiunt, cunctasque recitant horas canonicas. Conveniunt tamen praeterea universi, non solum singulis totius anni dominicis, ||505|| sed canonici Fraxii etiam nocte Nativitatis Dominicae, nec non

(125) Nel 1763 era sorta a Durazzano un'associazione di sacerdoti missionari diocesani, aggregata alla Congregazione napoletana del P. Pavone. Cfr R. TELLERIA, *Manuductio summaria ad archivum alfonsianum episcopii Sanctagathensis*, *Spic. hist.*, 9 (1961) pp. 505-506; R. TELLERIA, *Prima S. Alfonsi palestra missionaria: sodalium neapolitanum Missionum Apostolicarum*, *Spic. hist.* 8 (1960) pp. 448-449.

Ascensionis et Corporis Christi sacris diebus; canonici Argentii et cappellani chorales Sanctagathae atque Ayrolae cunctis prorsus diebus festis ex praecepto; canonici cathedralis cum iis diebus, tum etiam toto adventus et quadragesimae tempore. Ii quoque omnes missam conventualem cum cantu quotidie celebrant, et quidem pro benefactoribus, solis exceptis Fraxitanis qui cum nudas habeant distributiones quotidianas, quae asses quinque vix aut ne vix quidem aequant, etiam sacrificium illud in legatorum tabellae satisfactionem offerre consueverunt.

Quinque canonicis collegiatae Arpadii ante memoriam datum est singillatim a choro abesse uno die singularum hebdomadarum, majori tantum excepta totoque adventu. Conveniunt itaque quotidie ad omnes canonicas horas recitandas. Sed missam conventualem pro benefactoribus, solis dominicis aliisque diebus festis ex praecepto, jam inde forsitan a prima sua institutione, celebrant.

Cappellani chorales collegiatae Vallis omnes item horas canonicas in choro recitant solis totius anni sabbatis, nec quibuslibet diebus festis ex praecepto, quorum primis etiam vespere ad psalmos canendos conveniunt. Missam vero conventualem, cum iis diebus omnibus quos modo commemoravi, tum singulis anni feriis secundis, cum cantu celebrant pro benefactoribus.

Cappellani denique chorales Sanctissimae Annunciationis Argentii nullum horarum recitationis onus impositum habent. Missam proinde dumtaxat cum cantu celebrant singulis sabbatis, dominicis diebus feriisque secundis totius anni.

Omnes porro quotquot sunt constitutiones, si quas habent, ad amussim observant, et qui praebendas poenitentiarum vel theologales habent munere suo non negligenter funguntur. Parochi et vicarii curati perpetui in suis parochiis aut resident omnes, aut certe adsident. Matrimoniorum, baptizatorum aliosque libros, ad normam ritualis romani necessarios, retinent. Omnes item sive per se, sive per alios, singulis dominicis aliisque diebus festis ex praecepto, missam pro populo eorum curae commisso celebrant. Etsi autem eorum magna pars, sive senectutis vel valetudinis causa, sive prae multitudine animarum vel distantia locorum, aliorum sacerdotum ||505'|| opera indigeant ut populi sui necessitatibus satisfacere possint. Omnes tamen, vel ipsi per se, vel per idoneos vicarios, diebus dominicis plebes sibi commissas pro suo atque eorum captu salutaribus verbis pascunt, et secundum monita conciliorum Tridentini et Romani docent quae scire omnibus necessarium est ad salutem. Eodem modo rudimenta fidei atque obedientiam erga Deum et parentes pueros caeterosque hoc adju-

torio indigentes non sine fructu docent toto quadragesimae tempore et singulis dominicis diebus, aestivis tantum mensibus exceptis ex veteri hujus dioecesis consuetudine (126). Ne quis autem occasione missarum, quae in sacris aedibus ruralibus celebrantur, parochorum diligentiam hac in parte effugiat, sacerdotes omnes ibidem celebrantes hortatu meo eorundem rudimentorum formam, quam typis excudendam curavi, auditoribus omnibus post evangelium praeceunt (127).

Canonici, porro, parochi et sacerdotes, ii praesertim qui ad sacramentales confessiones audiendas sunt approbati, cum omnibus diaconis et subdiaconis si qui extra seminarium theologiae morali student, ad collationes casuum conscientiae de quibus supra commemoratum est conveniunt non infrequentes. Omnibus enim suadere potui, persuadere non potui (128).

In clerico denique non obvii quicumque referuntur, et relati ad ordines cum minores, tum praecipue majores non sine delectu et magna consilii maturitate admittuntur. Qui enim prima tonsura initiandi sunt, ii praeter illa omnia quae ex concilio Tridentino aut ex Innocentii XII bulla *Speculatores* aut ex concordatis inter felicis memoriae Benedictum XIV et Carolum olim utriusque Siciliae regem, proferre debent testimonia de sua aetate, moribus, titulo, clericalis habitus delatione et servitio alicui parochiae, vel, si seminaristae sint, choro cathedralis ecclesiae praestito. Ii, inquam, aliquam saltem latinae linguae intelligentiam cum plena rudimentorum fidei caeterorum ad primam tonsuram pertinentium notitia, diligenti habito examine, probare debent. Minores ordines, qui ut plurimum singuli singulis annis conferuntur, quo altiores sunt, eo majoribus scientiae et perfectionis vitae testimonium, diligentiori inquisitione et examine instituto, probare debent. Ad subdiaconatum nemini patet aditus, quin sex saltem mensibus ||506|| theologiae dogmaticae vel morali antea studuerit; quin, probata per summam diligentiam vitae suae integritate, scientiam quoque si minus eminentem at mediocrem habere dignoscatur; quin denique

(126) La risposta della S. Congregazione ribadiva che nonostante ogni consuetudine contraria i parroci dovevano insegnare la dottrina cristiana anche nei mesi estivi, come prescritto dall'enciclica *Etsi minime* di Benedetto XIV (7 febbraio 1742). S.C.C.V., f. 486'.

(127) Provvedimenti in questo senso erano già stati adottati da S. Alfonso, A. TANNIA, *Della vita e istituto del ven. Alfonso M. Liguori*, II, Napoli 1800, p. 60.

(128) L'autorità politica non mancava di intervenire a dar maggiore efficacia alle disposizioni vescovili. L'8 aprile 1786 la segreteria del re, con una lettera indirizzata all'arcivescovo di Sorrento, comminava ai sacerdoti che ricusavano di prender parte alle conferenze di liturgia e di teologia morale «quindici giorni di esercizi spirituali per la prima volta, e [...] due mesi di mandato per la seconda». R. TELLERIA, *Manuductio summaria* cit., p. 502.

spiritualibus exercitationibus in aliqua religiosa domo octo saltem diebus vacaverit (129). Eadem animi attentione, sed majoris semper scientiae et vitae sanctitatis requisitis experimentis, cum iis agitur qui ad diaconatum vel presbyteratum sunt provehendi. Ne cui vero contingat ad sacrum presbyteratum ordinem promoveri, utriusque vel saltem alterutrius theologiae curriculo nondum confecto, nullus lege a concilio Tridentino de interstitiis servandis lata solvitur, nisi necessitatis vel utilitatis Ecclesiae evidentissima urgente causa. Atque haec quidem iis, qui domi suae vivunt, cum seminaristis communia sunt. Jam ad ea quae horum sunt propria veniamus.

§ 3

De seminarii alumnis.

Seminarii alumni, pluribus interea locum expostulantibus, totidem sunt quot seminarium capit, scilicet sex et octoginta in quinque classes distributi. Ipsi ad ecclesiasticae disciplinae et clericalis vitae normam quam exactissime educantur; singulis annis octo dierum spatio spirituales exercitationes obeunt universi; cathedralis ecclesiae choro dominicis aliisque festis diebus inserviunt, cantui gregoriano operam navant, in studio grammaticae, humanarum litterarum, rhetoricae et linguae graecae, philosophiae et matheseos, theologiae tum dogmaticae, tum moralis, nec non juris utriusque tredecim annorum spatio continentur a septem, partim ex dioecesi, partim aliunde magna conditione adsitis egregis praeceptoribus. Quolibet anno veluti ad calculos vocantur omnes et singillatim examinantur, ut quas quisque progressionem in re litteraria fecerit exploretur. A suo denique episcopo, qui ad eorum regimen duos ex prudentioribus canonicis in consilium adhibere non negligit, frequentissime cum in scholis, tum in triclinio invisuntur. Declamationes suas in laudem Coelituum pro suggestu dicentes, vel de rebus philosophicis et theologicis alternis hebdomadis scholastica methodo concertantes ab eodem audiuntur, et pro re nata admonentur, laudantur, donantur. Ad virtutum quoque studium atque exercitationem ejus sermonibus identidem excitantur. Sed quoniam a Rege Psalmista verissime dictum est: *Nisi*

(129) La risposta della S. Congregazione ricordava che gli ordinandi dovevano premettere un corso di dieci giorni di esercizi spirituali, secondo le disposizioni di Innocenzo XI del 9 nov. 1662, rinnovate dalla S. Congregazione il 1° genn. 1710, S.C.C., *Lib. Visit.* 36, ff. 63-64.

Dominus aedi||506'||*ficaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam,* ab uno Deo honorum largitore expectatur, et vero etiam petitur ut hisce olivarum novellis, quae nunc florent tantummodo in circuitu mensae Domini, talia virtutum et doctrinae incrementum largiatur, quibus in suam aliorumque aeternam salutem uberrimos fructus edant tempore suo (130).

§ 4

De monialibus

Ad moniales quod attinet, omnes episcopo subditae sunt, aequae ac oblatae in duobus conservatoriis degentes. Clausurae leges sanctissime custodiunt omnes. Omnium etiam, quod ego sciam, et redditus fideliter procurantur, et dotes rite persolutae sunt utiliterque erogatae. Ter quolibet anno extraordinarium confessarium iis non solum abnuo, sed etiam sponte offero. Et si quae sunt, quae alium praeterea requirant pro certis vicibus libenter concedo. Ad summam de iis nihil est quod doleam, nisi quod Canonichissae Lateranenses Sanctissimae Annunciationis Argentii aedes separatas nec pro educandis, nec pro novitiis habuerunt unquam, et prae loci angustia habere non possunt.

§ 5

De clero regulari.

Ex regularium coenobiis quinque sunt in hac dioecesi in quibus religiosi ad numerum, a sacris constitutionibus praefixum, nunc non aluntur, scilicet Fratrum Hospitalitatis Beati Joannis de Deo Sanctagathae, Carmelitarum et Guilelmitarum [*seu O.S.B. Montis Virginis*] Argentii, Olivetanorum et Guilelmitarum alterum Ayrolae. Verum ab iis visitandis, uti ex delegata jurisdictione potuissem, abstinui, non tantum decessorum meorum, sed etiam omnium totius regni episcoporum exemplum secutus. Ecclesiam tamen parochialem in urbe Ayrola Sancti Laurentii nomine insignitam, quae ad Olivetanos pertinet et cujus animarum cura a parochio Olivetano coenobita geritur, in omnibus visitavi. Imo parochum ipsum ut ad collationes casuum conscientiae cum saeculari illius urbis clero conveniret admonui.

(130) Per quanto riguarda l'opera di Mgr Pozzuoli a favore del seminario cfr [F. VIPARELLI] *Memorie istoriche* cit., pp. 107-109.

Regularis qui extra claustra vivat, aut ex superiorum venia, aut ab ipsis ejectus, nemo unus in hac dioecesi extat. Nullus quoque crimen adeo notorium extra claustra admisit, in quod ego ex officio inquirere aut potuerim, aut debuerim. Si qui autem, aut ex quinque coenobiis quae paulo ante commemoravi, aut ex aliis, gregi meo malo exemplo esse ausi sunt, eos vel ||507|| ego inter me et se solos ex Apostoli praescripto corripui, vel, si malum acriori remedio indigere visum est, datis ad eorum provinciales ministros litteris, ex dioecesi ejcendos curavi.

§ 6

De legatis piis, confraternitatibus et locorum piorum administrationibus.

Missarum et anniversariorum oneribus vel satisfactum jam comperi, vel ut quam citissime satisfaceret in sancta visitatione decrevi. Confraternitates, quod ego sciam, quidquid a testatoribus cautum fuit exequi non negligunt. Locorum piorum, quae ecclesiastica sunt, et praesertim montium administratores coram ecclesiasticis viris, ad dijudicandum et expungendum rite deputatis, quolibet anno rationes reddunt. Idem ex concordatis, quorum supra memini, assistente tantum ecclesiastico viro a me deputato, praestant locorum piorum laicalium administratores, paucis tantum exceptis: quos tamen brevi futurum spero, ut cum bona potius gratia, quam cum mala ad officium adducam.

§ 7

Mores tum cleri, tum populi, et postulata.

His ita enarratis, nihil praeter aliud superesse videtur quam ut de cleri et totius populi moribus dicam, simulque siquid velim expostulem. Verum de iis, paucis exceptis, flere magis coram Domino quam scribere juvat (131). Quare ad Beatissimum communem Patrem Supremumque Hierarcham Pium VI, Pontificem vere Optimum Maximum, me potius converto ad ejusque genua provolutus

(131) La risposta della S. Congregazione non dimostra eccessiva preoccupazione per i disordini riscontrati dal vescovo nel suo clero: si trattava di un fatto troppo comune a quell'epoca per destare sensazione. Il vescovo veniva esortato a non perdersi d'animo e a continuare ad adoperarsi per migliorare la situazione, S.C.C., *Lib. Visit.* 36, ff. 63-64.

post infixā sacris pedibus oscula, Sanctitatem Suam per Eminentias Vestras oro obtestorque ut pro eo, quanti fidem orthodoxam facit, hujus regni ecclesias pastoribus diutius carere non patiatur. Disrupta enim jam ac pene confracta illa ecclesiasticae disciplinae parte, quae vineae Domini Sabaoth sepes quaedam est et repagulum, nihil nunc (nec temere dico) proprius est quam ut uvae etiam ac segetes, ipsa scilicet dogmata, in tanta temporum difficultate vel episcoporum custodia destitutae, aut diripiantur, aut penitus corrumpantur (132). Atque haec habui, Eminentissimi Domini, quae de hujus vineae meae statu deque habita a me hoc triennio ejus custodiendae atque excolendae ratione ad Vos deferam. In his vero omnibus, peccasse me (peccavi autem sine dubio plurima) forte deprehenderitis, Eminentias Vestras quibus sacras purpuras deoscu||507'||lor, etiam atque etiam rogo ut illud mihi, pro ea qua estis humanitate, condonetis, et, qua polletis auctoritate, ad emendandum rescribatis. Malo enim ut corripiat me justus in misericordia, quam ut in animae meae meique gregis damnum vel ipse mihi blandiar, vel oleum peccatoris impinguet caput meum.

33-34. *Trienni 71° (1795-1798) e 72° (1798-1801).*

Non ci è giunta nessuna relazione di questi trienni, né dei successivi fino all'81° (1825-1828). La prima relazione del sec. XIX è infatti quella inviata dal vescovo di Sant'Agata e Acerra il 28 sett. 1826. S.C.C.V., ff. 534-536'.

(132) Sui danni derivanti dalla prolungata vacanza delle sedi vescovili del Regno cfr I. RINIERI, *Della rovina di una monarchia*, Torino 1901, pp. 317-334.

APPENDICE

Dal 1775, anno in cui S. Alfonso rinunciò alla sede di Sant'Agata, al 1818, anno in cui ne assunse il governo Mgr Magliola, passarono 43 anni. Per ben 31 anni la diocesi restò affidata a dei vicari capitolari. E' facile immaginare quali conseguenze negative dovesse avere questo stato di cose sulla vita della diocesi, anche se non possiamo documentarle col ricorso alle relazioni *ad Limina*, che i vicari capitolari non erano obbligati a trasmettere alla S. Sede (133), e che difatti non trasmisero. L'unica eccezione è forse costituita dalla *Descrizione* che pubblichiamo (vedi anche sopra n. 31), inviata dal vicario capitolare Nicola Roberti il 12 gennaio 1792, e che si conserva nell'archivio della Dataria (*Proc. Dat.*, vol. 166, ff. 83-89').

Il documento non è di grande importanza, dal momento che interessa quasi esclusivamente per i dati riguardanti la popolazione, che sono inoltre incompleti ed inesatti. A questo proposito va ribadita la necessità di avvicinare tale genere di fonti con grande cautela, specialmente da chi intenda utilizzarle per la storia demografica (134).

1792

Descrizione in ristretto dello stato attuale di questa cattedra e diocesi di S. Agata de' Goti.

||83|| La cattedra vescovile e diocesi di S. Agata de' Goti vien composta dalla città e da sei terre, una delle quali col titolo ed onore anche di città, e da cinque castelli poco abitati, sí come ne sarà fatta qui appresso particolarmente e distintamente la descrizione.

La città nominata S. Agata de' Goti è posta nel mezzo di tutta la diocesi, come centro della medesima da cui viene da ogni torno circondata. Ella è situata nel Principato Ulteriore del Regno, o sia Provincia di Montefusco, e propriamente nel confine tra detta Provincia e quella della Campagna Felice, o sia Terra di Lavoro, divise da un torrente posto al disotto le mura della stessa città, dalla parte occidentale della medesima; sí che le pertinenze e territorj ne sono situati parte in detta Provincia di Principato Ulteriore, dalla città *inclusive* per tutto il tenimento posto dalla parte montuosa orientale della medesima, e parte in Provincia della Campagna o sia Terra di Lavoro, dalla città *exclusive* dalla parte occidentale. Il rimanente della diocesi trovasi similmente in parte nel tenimento della detta Provincia di Principato Ulteriore, e parte in detta altra

(133) A. LUCIDI, *De visitatione SS. Liminum*, Roma 1899, I, pp. 25-26.

(134) G. LEVI, *Problemi di storia demografica del mezzogiorno*, in *Rivista storica italiana* 80 (1968) 4, pp. 910-924.

Provincia della Campagna o sia Terra di Lavoro, siccome a suo luogo si andrà individuando. Nella detta città, sede ordinaria de' vescovi, si à nel mezzo situato il palazzo vescovile, accosto al quale [si trovano] da una parte la chiesa cattedrale sotto il titolo di Nostra Signora Assunta in Cielo, e dall'altra il seminario, colla comunicativa di passaggi così nell'una che nell'altro.

Sono li protettori principali della medesima gli gloriosi S. Agata e S. Stefano Martiri, e terzo, meno principale, S. Menna Solitario.

||83'|| La cattedrale vien composta di trentuno canonici insigniti di cappamagna, tra li quali si contano cinque dignità, cioè l'arcidiacono, prima dignità *post pontificalem*, il decano, due primicerj che procedono per ebdomada, ed il tesoriere: ciascheduno provveduto di proprie particolari prebende a tali dignità addette; e li restanti ventisei canonici, altri provveduti di particolari prebende ed altri pochi senza prebende, tra quali canonici prebendati senza prerogative di dignità va annoverato anche il canonico teologale, provveduto di particolar prebenda, coll'obbligo della lezione teologale. Tutti sono per antica lodevole consuetudine presbiteri, e tutta la rendita della massa capitolare va distribuita egualmente secondo il punto lucrato in qualità di distribuzione cotidiana *in fine anni*. Tutti li canonicati sono di libera collazione, eccetto la dignità decanale che si provvede per concorso a motivo di portar seco connessa la penitenzieria; il canonicato teologale, che si provvede similmente per concorso; ed un solo canonicato di padronato della famiglia Suppa, che occupa sempre l'ultimo stallo senza ascenso, per legge espressa *in erectione*. Vien pure la stessa cattedrale servita da quattordici mansionari, insigniti ancor essi di rocchetto e cappa di dorso nell'inverno, e di ormesino violaceo nell'està; e son questi obbligati ordinariamente alla lettura delle lezioni ed antifone nel coro, ed alla assistenza alla conventuale cantata da ||84|| un canonico; eccetto che nelle solennità in cui, celebrando il decano o in di lui luogo altra dignità, vien assistita da due canonici. Tanto li canonici, quanto li detti mansionari godono dell'alternativa nel servizio corale, eccetto che nello Avvento, Quaresima ed in tutte le feste di precetto in cui *conveniunt omnes*.

Vi ha pure nel Borgo della stessa città detto dell'Annunciata un collegio di cappellani corali, insigniti *ad instar* di canonici di S. Giovanni Maggiore di Napoli, al numero di quattordici, addetti alternativamente al servizio corale cotidiano e messa conventuale in quella chiesa sotto il titolo della SS. Annunciata, di padronato della università, e come tale governata da un governadore laico, da cui

colla intelligenza del barone utile padrone, Illustre Duca di Madaloni, vengono quelle cappellanie provvedute, colla conferma quindi della Venerabile Curia.

La cura delle anime, così della città che de' borghi e casali, risiede abitualmente presso del capitolo cattedrale, essendosi dal medesimo trasferita la cura attuale a sei vicari curati, tre di essi dentro la città e suoi borghi, ed altri tre ne' casali; col divario che per l'amministrazione del sacramento del battesimo li vicari curati della città e borghi non hanno particolar fonte battesimale, che sta nella sola cattedrale, in cui si conservano altresì li sacramentali, così per lo battesimo, che per lo viatico ed estrema unzione.

84' Vi sono due conventi di regolari: uno de' Minori Conventuali di S. Francesco, con famiglia tra sacerdoti e conversi al numero di	—
e l'altro de' Padri Benfratelli di S. Giovanni di Dio nel borgo della Nunciata, addetti al servizio di quell'ospedale a spese del pubblico, con picciola famiglia al numero di	—
Vi è pure un monistero di religiose claustrali col titolo di S. Maria di Costantinopoli, sotto l'Istituto e regola del SS. Redentore, comunità perfetta di stretta ed esatta osservanza (135), al numero tra coriste, converse ed educande di	0030
Il numero attuale dell'anime, giusta l'ultimo stato e mappe, trovasi ascendere nella città, borghi e casali a quattromila ottocento ottantaquattro	4884
Il numero poi de' preti secolari, oltre de' cherici costituiti o ne' sagri o ne' minori ordini, trovasi ascendere a sessantatre	0063

Durazzano in Terra di Lavoro

Nella distanza di scarse tre miglia dalla città, verso il mezzogiorno, sta situata la regia terra di Durazzano, e circa un miglio e mezzo più in là li due casali di Cervino e

(135) Anche le successive relazioni menzionano il monastero del SS. Redentore di Sant'Agata. Quella del 1826 assicura che l'osservanza vi « è in pieno vigore, ed è di norma agli altri monisteri di clausura, ed [è] accreditato in maniera che finanche dalla capitale vi vengono delle educande ». S.C.C.V., f. 534'. E la relazione del 1852 dice delle monache OSSR: « ceteris exemplo sunt, clausuram et constitutiones suas ad unguem custodiunt ». S.C.C.V., f. 588. Il monastero venne colpito dalle leggi eversive delle corporazioni religiose, e nel 1874 le monache vivevano « colla meschina e tenue pensione dell'attual Governo ». S.C.C.V., f. 593.

Forchia, posti tutti sotto l'immediato real dominio tra gli allodiali. ||85|| Viene in detta terra la cura dell'anime amministrata da due curati, uno col titolo di arciprete, e l'altro di parroco. Ed in ciascheduno di detti due casali da un proprio parroco.

Vi è nella terra un convento di Padri Domenicani della Provincia Lombarda, con famiglia di religiosi tra sacerdoti e conversi al numero di

0009

Vi si contano in uno, in detta terra e due casali, anime tremila settecento novantasette
e preti trentasette

3797

0037

Arienzo in Terra di Lavoro

Girandosi innanzi, a quattro miglia incirca in là di Durazzano verso la stessa contrada di mezzogiorno, s'incontra la terra d'Arienzo co' suoi adjacenti ben popolati casali, feudo dell'Illustre Duca di Maddaloni. Vi si tiene la cura delle anime, rispettivamente nella terra e casali, da sette curati: uno di essi nella terra col titolo di arciprete, e gli altri, ne' casali, di parrochi. Vi ha pure nella stessa terra una collegiata insigne di venti canonici sotto il titolo di S. Andrea Apostolo, tra quali uno col carattere di arciprete, un altro di primicerio, altro di tesoriere, ed altro di canonico teologo; capo della predetta collegiata è l'arciprete suddetto.

Vi sono cinque monisteri di regolari colle di loro rispettive chiese, e sono: ||85'|| uno de' Padri di S. Agostino, con famiglia tra religiosi e conversi al numero di il secondo di S. Giambattista della Congregazione Verginiana, con famiglia tra sacerdoti e conversi di
il terzo de' Padri Cappuccini, con famiglia di
il quarto de' Padri Predicatori di S. Domenico, con famiglia di
e il quinto picciolo conventino de Carmelitani, con famiglia di soli

Vi sono pure due monisteri di donne: uno di essi, clausura di Monache Rocchettine Lateranensi, con famiglia di
e l'altro, conservatorio di Oblate, con famiglia tra religiose ed educande di

Accosto quella chiesa collegiata di S. Andrea Apostolo vi ha nella stessa terra un comodo casino proprio della mensa vescovile.

Vi si numerano tra la terra e casali, giusta l'ultimo stato, anime undicimila cento cinquantacinque II. 155
 preti 91

Arpaja in Provincia di Montefusco

Girandosi da Arienzo, a circa due miglia verso l'angolo tra mezzogiorno ed oriente, s'incontra nella strada regia di ||86|| Benevento la terra di Arpaja e suo casale detto Forchia Caudina, feudo dell'Illustre G. C. Principe della Riccia (136). La cura delle anime nella terra si tiene da uno arciprete, ch'è capo anche di una collegiata insigne ivi esistente di cinque canonici sotto il titolo di S. Michele Arcangiolo. Nel casale poi di Forchia da un parroco in propria parrocchia, sotto il titolo di S. Nicola di Mira.

Vi si ritrova pure un monistero sotto il titolo di S. Maria delle Grazie, di Religiosi Francescani dell'Osservanza, con famiglia al numero di 9

Vi si numerano in uno anime mille ottocento ottantatre 1883
 preti venti 20

Ajrola in Provincia di Montefusco

Girandosi da Arpaja verso l'oriente, confinante con detta terra di Arpaja si presenta la terra, un tempo, ora città onoraria di Ajrola, per privilegio accordatone dallo augusto Re Carlo, poi III di tal nome tra monarchi gloriosi di Spagna, co' suoi quattro adjacenti casali, feudo similmente dello stesso G. C. Principe della Riccia. La cura

(136) Bartolomeo De Capua *gran conte* di Altavilla, conte di Montuoro e Biccari, principe della Riccia aveva sposato una Gaetani di Sermoneta, ma morì nel 1792 senza discendenza legittima. Gli subentrò nel titolo Francesco Sanseverino conte di Saponara, figlio del principe di Bisignano. I beni però passarono al fisco, non trovandosi i Sanseverino nel grado di parentela richiesto dalla legge per la successione. B. CANDIDA GONZAGA, *Memorie delle famiglie nobili delle provincie meridionali d'Italia*, Napoli 1875, I, pp. 110, 167; FILIPPO DELLA S. FAMIGLIA, *Monografia della chiesa e del ritiro dei PP. Passionisti in Ajrola*, Casamari 1966, pp. 137-138). Il gran conte d'Altavilla era il primo tra i conti del Regno, come il marchese di Pescara, il duca d'Atri e il principe Sanseverino di Bisignano lo erano tra i nobili del loro rango. B. CANDIDA GONZAGA, *op. cit.*, II, p. 127.

delle anime vi si tiene da un arciprete e da nove parrochi, parte di essi nella città e borghi, e parte ne' rispettivi casali. Vi ha pure una chiesa molto ben tenuta, di padronato di quel ||86'|| pubblico, e così amministrata da governatori laici, sotto il titolo della SS. Annunciata, con numero non picciolo di cappellani addetti ivi alla officatura corale con messa conventuale, ed alla celebrazione delle messe piane di peso della medesima.

Vi si trovano quattro speciose case religiose di regolari colle di loro rispettive chiese, e sono:
 il monistero de' Padri della Congregazione Olivetana, col proprio abbate e famiglia in uno di —
 il monistero de' Padri della Congregazione Montevergiana, col proprio abbate e famiglia di —
 il convento de' Padri Predicatori di S. Domenico, con famiglia di —
 il convento de' Padri Alcantarini Scalzi, con famiglia di sacerdoti e conversi al numero di —

Vi ha pure un monistero, clausura di religiose sotto il titolo di *Regina Coeli* dell'Istituto Francescano, con numerosa famiglia di monache ed educande di —

Il numero delle anime in detta cura e detti casali trovansi ascendere, giusta l'ultimo stato, a settemila cento ed uno 7101
 e di preti settantacinque 75

Frasso in Terra di Lavoro

Da Ajrola e suoi casali, proseguendosi il giro per lo tenimento ||87|| della città di S. Agata, nella parte montuosa di essa s'incontra la terra di Frasso, posta all'angolo tra oriente e settentrione rispettivamente alla città medesima, feudo dell'Illustre Principe di S. Giorgio Spinelli. La cura delle anime vi si amministra da un solo curato, col titolo di arciprete dell'arcipretale sotto il titolo di S. Giuliana. Vi ha pure una chiesa collatzia numerata di trenta sacerdoti, che vi subentrano per anzianità di sacerdozio, insigniti, sotto il titolo del SS. Corpo di Cristo, coll'obbligo alternativamente della officatura e conventuale; chiesa di padronato di quel pubblico.

Vi ha pure un conservatorio di religiose sotto il titolo

di S. Maria del Soccorso dello Istituto di S. Teresa, con osservanza a pari di una clausura, con famiglia di monache ed educande al numero di

27

Sta quello sotto la ducal protezione, mediante un regio consigliere delegato, sotto la cura di un governadore laico nel temporale.

Appendice di detta terra di Frasso nello spirituale, sono due castelli diruti con pochi abitanti chiamati Orcoli e Torello, posti lungo il Volturmo, un tempo arcipreture, quindi uniti alla detta arcipretale di Frasso, che ne sostiene la cura per mezzo de' suoi coadiutori unitamente alla cura di Frasso.

||87'|| Vi si contano in uno in detta terra di Frasso e castelli diruti anime tremila quattrocento cinquanta
preti trentanove

3450

39

Ducenta in Terra di Lavoro

Proseguendosi il giro verso occidente s'incontra altro castello con picciola popolazione detto Ducenta, feudo dell'Illustre Marchese di Casazza, la di cui cura nello spirituale si tiene da un curato proprio, col titolo di arciprete del titolo di S. Andrea Apostolo.

Vi si numerano anime ducento ottantuno
preti nessuno naturale, ma incardinati due

281

2

Valle in Terra di Lavoro

Proseguendosi dal detto castello di Ducenta il cammino per la stessa contrada occidentale, relativamente alla città, si presenta la regia terra di Valle col suo distretto. La cura ivi nello spirituale vi si tiene da un solo arciprete, sotto il titolo di S. Pietro Apostolo. Vi ha una chiesa di padronato di quel pubblico, con cappellani addettivi così per la celebrazione delle messe di peso della medesima, che per l'ufficiatura corale in certi determinati giorni ed ore. E ivi è pure annesso a detta chiesa un ospedale per li poveri infermi.

||88|| Vi si numerano, giusta l'attuale stato, anime settecento sessantasei
preti dodici

766

12

Bagnoli in Terra di Lavoro

Circa mezzo miglio di costo, lateralmente della descritta regia terra di Valle nell'angolo tra occidente e mezzogiorno, sta situato il castello di Bagnoli con picciola popolazione, feudo appartenente alla mensa vescovile di S. Agata col titolo di baronaggio, colla giurisdizione civile e mista, essendo la criminale in cause gravi appartenente all'utile padrone della città di S. Agata de' Goti. La cura delle anime vi si tiene da un curato col carattere di arciprete sotto il titolo di S. Maria Assunta.

Vi si trovano anime trecentocinque	305
preti tre	3

Castello di Cannello in Terra di lavoro

Fuori del descritto giro vi è, appartenente alla stessa diocesi di S. Agata, altro castello poco abitato detto di Cannello, feudo ||88'|| dell'Illustre Duca di Maddaloni, confinante dalla parte orientale colla terra di Arienzo, dove era l'antica Suessola, di cui li vescovi di S. Agata ritengono il feudo. Vi era anticamente una chiesa col titolo di arcipretale, ma questa diruta è mancante assolutamente di rendita, venne ai principj del passato secolo soppressa, ed incorporatane la cura dell'anime alla confinante chiesa parrocchiale di S. Felice Martire nel casale di Arienzo dello stesso nome; ed il titolo nudo soltanto di arcipretale onorario e nomina di arcipretale all'Illustre duca di Maddaloni, padrone di quel castello, secondo la convenzione che ne fu fatta e si ha dagli atti di questo vescovile archivio cui mi riporto. Sí che le anime esistenti in detto castello si avranno numerate con quelle di detta terra di Arienzo, e propriamente della parrocchia di S. Felice.

Corollario e collettiva

Tutta questa descritta diocesi di S. Agata de' Goti, giusta il giro formatone, trovasi confinare rispettivamente nelle diverse sue parti colle seguenti diocesi, cioè: di Acerra, di Nola, di Benevento, di Cerreto, di Cajazzo e di Caserta.

||89|| Vi sono in tutta la diocesi diverse congregazioni e confraternite, come pure diversi piccioli pii monti ed ospedali, che non si sono specificatamente ed individualmente descritti.

Essendo questa diocesi parte in provincia di Principato Ulteriore, e parte in Terra di Lavoro, distinguendone ora il numero delle anime dell'una e dell'altra, e così pure de' preti, monaci e monache, soggiungo che giusta le mappe rispettive sono :

In Provincia di Principato Ultra

preti	157	
monaci e frati	67	
monache ed educande	77	
anime in tutto		13.907

In Provincia di Terra di Lavoro

preti	184	
monaci e frati	63	
monache ed educande	93	
anime in tutto		19.660

Totale della diocesi	33.567
----------------------	--------